

N. 27.

A. D. 1073.

(aprile, Indiz. XI).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Gaudius cler. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,41, largh. 0,23. Poco tarlata nel centro.
<i>Scrittura</i>	Corsiva con elementi minuscoli.
<i>Contenuto</i>	I coniugi Johannes, f. Maionis, e Bolea, di Binetto, offrono alla chiesa di s. Felice in Luciniano i loro beni stabili di Plancarola, i beni mobili e gli animali (all'infuori della dote di Bolea), a patto però che, durante la loro vita, ne siano essi gli usufruttuarii, e percepiscano, inoltre, la metà delle rendite e degli avventizii della chiesa suddetta.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine sancte et individue trinitatis. Anno incarnationis domini nostri iesu christi; millesimo septuagesimo tertio. Regnante domno Robberto invictissimo duce Italie Calabrie atque Sicilie, secundo mense apreli. undecima indictione. Nos Johannes f. Maionis clerici de loco Benette, et mulier nomine Bolea qui sumus viroque uxor. Intus civitate Bari presentia Sifandi imperialis protospatarii et critis Italie, et aliis nobilibus subscriptis testibus, Consentiente michi Bolea pro mea parte, Angelus presbiter fratre et mundoaldo meo, una cum Oto (1) suo advocator. et Grisantus et Angelus parentibus et consentientibus meis. et una cum is dic(tus) Johannes vir meus. per inquisitionem et absolutionem prephati critis ut lex ammonet et usum istius civitatis, bone nostre voluntatis nos qs. viroque uxor. Per fustem, damus tradimus et offerimus pro mercede anime nostre in ecclesia sancti Felicis de loco Luciniano que est sub potestati episcopio barino. tota vinea et olibe nostre quas habemus in pertinent(iis) de loco Plancarole. cum trasitis et exitis suis et cum omnia infra se habentes et totum mobilem nostrum (2) et animalia absque dotis mee Bolee, quam traditio et offertio istam recepit a nobis vice prephate sancte ecclesie, Andreas presbiter qui

---

(1) in ras.

(2) \* nostre.

modo est rector iamdicte ecclesie, una cum Romoaldus imperialis comis corti suo advocatore. Tali quidem modo dedimus (3) tradidimus et offeruimus in predicta ecclesia sancti Felicis pro animabus nostris ipsum stabilem et mobilem et animalia. ego Bolea ipsa quarta et meffium meum. et ego Johannes ipse tres parti mee. Ut diebus vite nostre fiamus in iamdicta ecclesia et custodiamus illam et teneamus totum predictum stabilem nostrum usufructui et per nullum ordinem in nullam partem alienemus illum, et totum mobilem nostrum et animalia, et regamus nos exinde et homines nostros. quam et habeamus medietatem de tota hereditate de ipsa ecclesia et medietate de sepulture. et de offertione et votum et pesa et de omnia quantum intraverit in ipsa ecclesia quomodocumque. Post obitum itaque nostrum ambobus viroque uxor, totum ipsum stabilem nostrum et mobilem, absque ipse dotis mee Bolea, sit de iamdicta ecclesia sancti Felicis ad trasactum pro animabus nostris. Et diebus vite nostre non habeamus licentiam offertio ipsam levare et excutere ex ipsa ecclesia per nullum ordinem. nec a nobis alienare in nullam partem per nullam rationem. Nam si archiepiscopus vel rector sancti episcopii aut predictus Andreas presbiter vel alium presbiterum qui tenuerit predicta ecclesiam sancti Felicis nobis fecerint iniuste aut ex ipsa ecclesia expellere vel eicere presumpserint quomodocumque, totum stabile et mobilem nostrum sit in nostre potestati ad trasactum faciendum omnia ut voluerimus sine illorum contrarietate et requisitione. et quantum laborem et edificium factum habemus in ipsa ecclesia nullam lebemus ex ea inde. Et nos laboremus et cullemus rebus stabile ex predicta ecclesia sancti Felicis bona et habeamus medietatem ex ea ut prediximus. Et bone nostre voluntatis nos qs. viroque uxor. cum predicti meis mulieri consentientes et cum predictus Angelus presbiter frater et mundoaldus meus qui michi consensit cum iamdicto Ota (4) suo advocatore et (5) per absolutionem prephati criti ut lex est guadiam tibi prenominato Andrea presbitero dedimus (6) et tu eam recepisti cum ipso tuo advocatore vice sancte ecclesie et mediatore posuimus me ipsum Johannes, obligatore, Ut nos et nostros heredes stemus in ista offertione. et omnia predicta ex ea ipsius sancte ecclesie et tibi et posteris tui faciamus et compleamus sicut superius per ordinem est enarratum. Quod si taliter facere et adimplere noluerimus et per causationem vos exinde miserimus. demus vobis penam quinquaginta aurei solidi et quinquaginta in domnico. et ea que prelegitur inviti adimpleamus. Per districtum me qs. Johannes mediatorem et obligatorem qui tibi et posteris tui tribui licentiam pignerare per omnia pignera legitima et inlegitima sine

---

(3) *dedi*— in ras. \* *damus*.

(4) Scrittura erronea per *Oto*.

(5) \* *cum*.

(6) \* *dedi*.

calumniā quodcumque nobis ubicumque inbeneritis donec compleberimus omnia ut legitur supra. Et hec cartula scripsit Gaúdius clericús et notariús qui interfuit.

† Carus sancti archiepiscopatus barensis archipresbiter.

† Ego qs. Sifandus imperialis protospatharius necnon et Italie kritis †.

† Silvester archidiaconus sancte barine ecclesie.

† Ego Romoalt testis sum.

† Γριφος (7) ὁ τοῦ Νικολαου μαρτηρον ὑπεγραψα.